



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Mariae Virginis Sacratiss. Miracvlorvm Libri Tres**

**Vismara, Ercole**

**Mediolani, 1579**

Mirac. Virg. XV. Salve Regina antiphona à labora[n]tib. utero mulie rib.  
memoriae tradenda est. ea. n. pariundi difficultas aufertur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64305)

## MIRAC. VIRG. XV.

*SALVE REGINA antiphona à laborantibus utero mulieribus. memoriae tradenda est. ea. n. pariendi difficultas auferatur.*

**P**aritura mulier, maximo alui dolore laborabat; nec poterat partum edere. Iam septem dies uersata erat in illis angustijs; aberantq. ab ipsa signa illa omnia, quae ad salutem esse solent, & oportet. Misera in mortis periculo constituta, apud D. Franciscum uotum suscepit, ab eo salutem & auxilium expetens. statim, ubi uotum factum est, somno oppressa haec uidere uisa est. D. Franciscus, an se de facie nosset, & an, salue REGINA, memoriter didicisset, ex illa quaesuit. Mulier, se optimè D. Francisci imaginem uultus in eo expressam agnoscere, & precationem illam non ignorare, respondit. Diuus ergo Franciscus coepit illam suauiter canere; quæ mulier dulcissimo uocis sono subsequeretur. Iam unà ambo ad illa uerba peruenerant: ET ERUCTVM uentris tui: ecce autem, nulla producta mora, mulier intermisso dolore, & è periculo extracta, pulcherrimū filium peperit. Quamobrem Dei sanctissimæ, ac piæ genitrici ingenteis gratias egit; quae Diui Francisci precib. uicta, metum, in quo fuerat, omnem tam repente adimere dignata fuerat; animumq. etiam expleuerat mirabili gaudio.